



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 77. Facultatis doctrina circa hunc articulum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. „primam propositionem Jansenianam
 A. C. 1722. „nec quidquam reposuerint, quod Jansenius ipse non reposuerit, quod illam
 „propositionem diu voverint, & seorsum
 „sum ejus damnatum adeo non repererint,
 „cerint, ut potius multipliciter commarinent:
 „marint: attentis, inquam, illis omnibus,
 „nibus, censet S. Facultas, primam heresim
 „resim Jansenianam a Dominis Lengrand & Marechal
 „& Marechal dolose & cum magno discipulorum
 „scipulorum damno, aut saltem periculo, traditam
 „culo, traditam fuisse. Hic est autem illius
 „illius propositionis tenor. Aliqua Deo præcepta
 „præcepta hominibus justis volentibus & conantibus
 „& conantibus secundum præsentia, quas habent vires,
 „quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque
 „deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant. „

§. LXXVII.

Facultatis doctrina circa hunc articulum.

*Argentre
 l. c.
 pag. 556.*

Ad hujus articuli doctrinam adnotabat Facultas. I. Quod potentia antecedens servandi Mandata Dei quam D. D. Lengrand & Marechal admittunt in justo carente gratia actuali est ludicra, inepta & meræ præcisionis: est enim potentia, quæ respicit mandata secundum se, abstrahendo a circumstantiis concupiscentiæ necessitatis

tantis, & defectus gratiæ necessariæ. Sæc. XVIII.

An Calvinus an Jansenius, an ullus A. C. 1722.
hæreticus negavit talem potentiam?

An possibilitas præceptorum asserta a Patribus & Conciliis nihil aliud exigit.

An ambulatio possibilis est ægroto, aut ligato ad columnam, quia abstrahendo ab ægritudine, & vinculo indissolubili, potest ambulare?

II. Impotentia *consequens, positionis, futurationis, libera & voluntaria*, quam iidem Professores agnoscunt in justo carente Delectatione cælesti superante terrenam, est revera antecedens; cum oriatur ex defectu gratiæ antecedente & ex concupiscentia determinante ad malum: non aliam etiam præcepti implendi impotentiam agnoscit Jansenius: & aliunde multiplicem præceptorum possibilitatem admittit in justo præcepta non implente.

§. LXXVIII.

ARTICULUS VII.

Factum Jansenii dogmaticum a Marechalo rebus dubiis annumeratum.

Hoc Facultas demonstratum ibat ex sequentibus propositionibus ex Marechalo decerptis. I. Dissert. 4. de Causa